

tricum amore et qui hereticorum fraude capiuntur; juxta ea quae sequuntur:

VERB. 29-32. — CUI VET? CUI PATRI VET? CUIUS MIXE? CUI FOVEA? CUI SINE CAUSA VULNERA? CUI SUFFUSSIO OCULORUM? (Hebr.: Cui vet? cui dolor? cui lites, sive rixae? cui locutio? cui vulnera sine causa? cui rubedo oculorum?) NONNE HIS QUI COMMORANTUR IN VINO, ET STUDENT CALICIBUS EPOTANDIS? (Hebr.: Morantibus in vino, cantibus ad quarendum mixtum.) NE INTUEARIS VINUM QUANDO FLAVESCIT, CUM SPLENDEBIT IN VITRO COLOR EIUS, INGREDITUR BLANDE. (Hebr.: Ne intuearis vinum quando rubescit, cum dederit in calice colorem suum. Ibi per rectitudines.) SED IN NOVISSIMO MORDEBIT UT COLLEBER, ET SICUT RECLUSUS VENEA DIFFUNDET. Hebr.: In novissimo suo sicut serpens mordebit, et sicut reclusus dolore afficiet, vel punget. Modis omnibus filium conatur retrahere ab his vitis quibus juvenis maxime est obnoxia, et ad sanam mentem et sapientiam perducere; quod potissimum deceat juvenes facere, timore et amore parentum, ut pater et mater gaudeant de probitate filii. Quod si virtutis amore parere noluerint, saltem timore poenae et criminum turpitudine discant a crassis vitis carnis, nempe luxu, libidine et crapula, cavere. Ferunt enim haec vitia sua secum mala atque cruciatu. De libidine et amore meretricio, et quantas secum trahat angustias et vincula, a quibus non possit seipsum extricare cum semel fuerit irretitus, dictum est. Nunc de reliquis audiamus. Cui vet? et cuius patri vet? Sic solus Hieronymus, in duas voces resolvens unam dictionem Hebraeam duntaxat, juxta lectionem hodiernam omnium. Et omnino si profanerunt haec voces וְכֵן וְכֵן, et non cernatur oculis, per solum auditum discernim ponere non possis, quamvis in significatione discrimen sit latissimum. Nam prima quam in contextu habemus Hebraeo significat vet, sive paupertatem vel mendicitatem. In secunda vero, ut Hieronymus hoc in loco intellexit, sunt duae dictiones, nempe וְכֵן pater, et וְכֵן rixae. Hieronymum vero non ex scripto, sed ex auditu transulisse facile adducor ut credam; quandoquidem testatur alicubi se tres Salomonis libros triduo latinitati donasse. A Septuaginta omisso est haec particula; nam, cui famulus? legitur, ad Hebraeam veritatem proprius accedentes. Hebraei וְכֵן vet, et וְכֵן duas dolentium voces interpretantur, q. d.: Cui tanta contingent angustia et miseria ut ohe et uote clamare cogatur, in corpore vellelicet male affectus, et in rebus ad mendicitatem redactus? Cui rixae? Septuaginta: Tibi dissidii; cui tumultus? Levi Ben Gerson, dissensiones, irritationes, quae inter pocula oriri solent cum magno computationum dedecore. — Cui fovea? In Hebraeo וְכֵן etiam hoc loco videtur Hieronymum legisse vel sine punctis, vel ex auditu non ex scripto traduxisse. Levissimum discrimen est inter schin et sin litteras, cum quarum prior scribitur וְכֵן verbum, quod inclinare significat, unde nomen וְכֵן fovea; cum secunda vero verbum וְכֵן meditari, loqui, unde nomen וְכֵן meditatio, locutio, et loquacitas in malam partem. Hanc posteriorem lectionem et significationem omnes sequuntur

interpretes, et loco magis quadrat, ut sub poculis nascentur lites et sermones inanimati et nocentes, oburgationes videlicet, ex quibus sequuntur pugnae et vulnera. Unde sequitur: Cui sine causa vulnera? Vel quod temerè inter ebrios oriantur pugnae et plaga, aliquando inter amicos, et ob rem nihili, vel quod vulnera sine causa et frustra sustineant homines, si quae sustineant non in defensione patriae nec ob bonum publicum. Cui suffusio oculorum? Aliterbedo oculorum, neque potest aliter intelligi juxta Hebraeos. Hieronymus fuit offensus, ni fallor, ea significatione vocis, cum alibi sumatur in bonam partem, nempe Gen. 49: Rubicundiores oculi ejus vino. Non videbatur congruere idem elogium ebriosi aptare, quos reprehendit, et Messix, quem spiritu prophético laudavit Jacob. Septuaginta. Ividos oculos interpretantur, sive nigros: et eos; et ebriosi et ebrii; Latini codices aliquot, quos castigatores esse puto, habent suffusio oculorum, quemadmodum legit et interpretatur Beda, ad caliginem et caecitatem oculorum referens quae ex immoedico vino quandoque accidit. Connumeratis plurimis malis et maximis damnis, quorum etsi non omnia omnibus computatoribus accidant, omnibus tamen ex his aliqua contingunt. Aliis vel corporis totius rixae et miseria, vel rixae in rebus externis ad mendicantem devolutis contigit; aliis contingit oculorum caecitas, et rubedo totius oris; alii vel accipiunt vel indignant vulnera per insaniam; alii lingua impotentiam frenare non valentes, rixantur et oburgant pliusquam multibretur; sunt denique qui in futilem laxam linguam verbositatem, posteaquam cerebrum occupaverit vinum, ut amplius pro hominibus haberi non possint. Haec longe absurdissima ob oculos ponens per admirationem vel interrogationem, auditoris animum suspendit: ut si qui fuerint huic vitio ebrietatis obnoxii, tantas tamen absurditates non poterant non condemnare, non abhorre; sic absolute prepositas, quas si statim cum vini amatoribus conjunxisset, minus idoneos minusque benevolos aliquot habuisset auditores. Nunc vero tot connumeratis malis, quae nemo vel sensu communi praeditus possit comprobare, tandem ad eos qui dies noctesque potando consumunt subitio deflectit sermonem, ut jam vel nolentes sua vitia carnere veluti in speculo cogantur, qui alioquin huc oculos flectere nolissent. Sequitur: Nonne his qui morantur in vino? Absque interrogatione legunt Hebraei: His qui protrahunt tempus, supple vel qui seipsum immorari faciunt et tempus consumere; et sic Septuaginta: Odi eos qui seipsum immorantur super vinum, quarentes non solum plurimum vini bibere, sed quam plurimum tempus inter bibendum consumere. Et student calicibus epotandis. Hebr.: His qui cum ad investigandum mixtum, vel potius temperatum vinum; vel qui quaerunt locum ubi vina miscentur, hoc est convivia celebrantur; et sic Septuaginta: Odi eos qui seipsum immorantur super vinum; Nonne investigantium ubi convivia fiunt? Ne intuearis vinum quando flavescit, vel rubescit, ut est in Hebraeo. Quamvis ista videantur levia, tamen visum est Sapientis minima non esse negligenda. Nam ex parvis initiis res maxima

nascuntur, et ab omni specie mala abstinete vos, 1 Thess. 5. In contrariam partem flectenda est virga curva, ut aliquando recta fiat. Qui his vitis sunt obnoxii, nempe crapula et ebrietate, amputare occasiones, non provocare vel accendere gulam, debent. Accenditur autem dum quis non nature necessitati satisfacit, sed otioso sensu oblectat. Quod in contextu habemus de colore vini non contemplando, ad quas-cumque sensuum illecebras referri potest; q. d., ut hi qui sese oblectant poculorum aspectu, plus justo non unquam bibunt. Nam rectius ibi, hoc est, majore facilitate et dulcedine per fauces videtur descendere merum quod oculis vehementer placuit. Ita in reliquis morbis animae, ingens ubique ex sensibus ad mentem et rationem subvertendam comparatur aditus. Ne contempleris igitur vinum, hoc est, externos cohibe sensus, per quos recto tramite voluptates ingrediuntur ad animam, et vitia carnis facili superabis. Nam ut vinum quod valde placuit oculis sine obstaculo ingreditur, sic vix potest animus recusare quod externis sensibus saepe ingestum vehementer arrisit. Et proinde non initia voluptatum, quae blanda sunt, sed exitus, qui sunt acerbissimi, spectare debes. Magna cum amonitate ingressus est vinum, sed postea mordebit ut colleber, dum rationis integritatem evertit, dum corporis temperantiam confundit, et ex homine porcum facit aut canem; imò ad insaniam transfert, non minus quam si quis a colubro aut regulo fuerit ictus. Haec absurda, et alia quae sequuntur in contextu, ante videre oportet et colibere sensus.

VERB. 33, 34, 35. — OCULI TUI VIDERUNT EXTRA-NEAS, ET COR TUUM LOQUETUR PERVERSA. ET ERIS VELUTI DORMIENS IN MEDIO MARIS, ET QUASI SOPITUS GUBERNATOR AMISSO GLAVO. (Heb.: Et eris ut dormiens in corde maris, et sicut dormiens in capite maris.) ET DICES: VERBERAVERUNT ME, SED NON DOLUI; TRAXERUNT ME, SED NON SENSII; QUANDO EVIGILAVO ET RURSUS VINA REPERIAM? Hebr.: Verberaverunt me, non egrotavi; concusserunt me, non cognovi; quando expergiscor, addam, investigabo illud. Adhuc persequitur Salomon absurda quae sequuntur ex immoedico vino, quod immoedice haustum, post eversam mentis serenitatem, et indocentiam insaniam; in somnum gravem et amarum resolvit hominem. Oculi tui videbant extraneas. Visiones intelligent major pars interpretum. Aben Ezra subintellegit mulieres extraneas; ut sit sensus non alienis ad eo quod scribit Hieronymus alicubi: Venter astutus nero spumant in libidine. Alioquin mihi magis arridet prior expositio. Visiones intelligimus sive quae in somnis sive quae mentibus ebriorum occurrunt; unde et corda eorum loquantur perversa, veritati contraria, vel contraria aequo et bono; idque ex animo, non jocando

CAPUT XXIV.

1. Ne emuleris viros malos, nec desideres esse cum eis.
2. Quia rapinas meditatatur mens eorum, et fraudes abia eorum loquantur.
3. Sapientia aedificabitur domus, et prudentia robotabitur.

aut ridendo, ut solent qui hilaritatem quandam praeseferunt: sed hi qui vino mordentur, in rebus vanis et somniis similibus sunt vehementes. Aliter, cor tuum loquetur, cogitabit perversa, cum oculi tui viderint mulieres extraneas, hoc est, alterius familiae, quae non sunt neque sorores neque uxores tuae, vel quae sunt alterius religionis et sectae; captum videlicet illarum more, iniqua cogitabit cor tuum, nempe te velle eis potiri per fas vel nefas; quod perversum et legi Dei contrarium est. Et eris veluti dormiens. Qui dormiunt vel jaacent in navi putant omnia moveri et seipsos quiescere; idem contingit ebriis; putant terram moveri. Aliter: Eris vehementer jactatus, ut ne dormire quidem possis quiete; q. d.: Neque vigilare cum decore neque dormire cum quiete poteris. Nam qui in summitate mali dormire conatur, jactationes gravissimas patitur. Aliter, ut sit metaphora locutio: Eris tanquam nauclerus qui stritit diem per medium maris navigat; penes quem totius navis salus est; aut eris veluti ille qui in summitate mali constitutus, quatenus vel de adventu piratarum significet, vel portum et terram speculetur; ut istis, inquam, dormientibus, dum per medium maris navigatur, omnium qui in mari sunt periclitatur salus, sic erit is qui vino sepultus absurda sive contraria aliis hominibus et videt et loquitur; navem suam in cursu hujus vitae recte gubernare non potest. Nam dormiente nauclero, hoc est, mente et ratione (dormit autem quando voluptatibus vacant sensus) reliqui nautae, hoc est, reliquae potentiae, frustra laborant remigando. Sicut absente Christo tota nocte Apostoli laborantes nihil ceperunt, Luc. 5. Nam mens reliquis animae viribus praesse debet, et vigilare veluti in summitate mali navis, ne a piratis aut praedonibus spoliata navicula corporis nostri submergatur ac suffocetur a voluptatibus hujus vitae. Percusserunt me. Cum multis modis misera sit conditio ebriorum, in hoc tamen miserissimi sunt quod sua mala minime omnino sentiant. Nam injurias accipiunt et opprobria frequenter, nonnunquam etiam vapulant, ut possit dicere unusquisque eorum: Percusserunt me, hoc est, vel revera plagas passus sum et verbera sustinui, vel injurias sustinui et irrisiones et scommata; et tamen non egrotavi, non sum levis. Traxerunt me, vel, ut est in Hebraeo, frögerunt, contriverunt me, et non novi, scilicet quis fecerit, vel non novi me tam absurda passum donec expergiscerem. Sed omnium denique absurdissimum est, quod cum sentiant se omnium esse miserissimos, obnoxios injuriis, obnoxios tunc ad se redierint, ad eadem mala, tanquam sus lota ad volutabrum, 2 Petr. 2, redire festinant.

CHAPITRE XXIV.

1. Ne portez point envie aux méchants, ne désirez point d'être avec eux.
2. Parce que leur esprit médite les rapines, et que les paroles de leurs lèvres ne sont que tromperie.
3. La maison se bâtit par la sagesse, et elle s'affermira par la prudence.

4. In doctrinā replebuntur cellaria, universa substantia pretiosa et pulcherrima.
5. Vir sapiens fortis est; et vir doctus, robustus et validus.
6. Quia cum dispositione inicit bellum, et erit salus ubi multa consilia sunt.
7. Excelsa stulto sapientia, in portā non aperiet os suum.
8. Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.
9. Cogitatio stulti peccatum est; et abominatio hominum detractor.
10. Si desperaveris lassus in die angustiae, imminuetur fortitudo tua.
11. Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.
12. Si dixeris: Vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animae tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua.
13. Comede, filii mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo.
14. Sic et doctrina sapientiae animae tuae, quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.
15. Ne insidieris, et quaras impietatem in domo justī, neque vestes requiem ejus.
16. Septies enim cadet justus, et resurget; impii autem currunt in malum.
17. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas; et in ruinā ejus ne exultet cor tuum:
18. Ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam.
19. Ne contendas cum pessimis, nec amuleris impios:
20. Quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.
21. Time Dominum, filii mi, et regem; et cum detractoribus non commiscearis.
22. Quoniam repente consurgat perditio eorum; et ruinam utriusque quis novit?
23. Haec quoque sapientibus: cognoscere personam in judicio, non est bonum.
24. Qui dicunt impio: Justus es, maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus.
25. Qui arguunt eum, laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio.
26. Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.
27. Praepara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, ut postea sedifices domum tuam.
28. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes queraquam labis tuis.
29. Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei; reddam unicuique secundum opus suum.
30. Per agrum hominis pigri transivi, et per vineam viri stulti;
31. Et ecce totum repleverant urticae, et operuerant superficies ejus spinæ, et maceria lapidum destructa erat.

4. L'habileté fera remplir les maisons des justes de meubles très-beaux et très-précieux.
5. L'homme sage est vaillant; l'homme habile est fort et résolu.
6. Parce que la guerre se conduit par la prudence, et que le salut se trouvera où il y aura beaucoup de conseils.
7. La sagesse est trop élevée pour l'insensé; aussi il n'ouvrira point la bouche dans l'assemblée des juges.
8. Celui qui applique son esprit à faire le mal, passera pour insensé.
9. La pensée de l'insensé est le péché; et le méditant est l'abomination des hommes.
10. Si vous vous abaissez au jour de l'affliction, en perdant la confiance, votre force en sera affaiblie.
11. Tirez du péril ceux que l'on mène à la mort; et ne cessez point de délivrer ceux qu'on entraîne pour les faire mourir.
12. Celui qui applique son esprit à faire le mal, passera pour insensé.
13. Mon fils, mangez le miel, parce qu'il est bon, et le rayon de miel, parce qu'il est doux à votre bouche.
14. Tel le sera à votre âme la doctrine de la sagesse; quand vous l'aurez trouvée, vous espérerez à votre dernière heure, et votre espérance ne périra point.
15. Ne dressiez point d'embûches au juste; ne cherchez point l'impie dans sa maison, et ne troublez point son repos.
16. Car le juste tombera sept fois, et se relèvera; mais les méchants seront précipités dans le mal.
17. Ne vous réjouissez point quand votre ennemi sera tombé; et que votre cœur ne tressaille point de joie dans sa ruine.
18. De peur que le Seigneur ne le voie, que cela ne lui déplaise, et qu'il ne retire sa colère de dessus lui.
19. N'ayez point d'émulation pour les hommes corrompus, et ne portez point envie aux méchants.
20. Car les méchants n'ont point d'espérance pour l'avenir; et la lampe des impies s'éteindra.
21. Mon fils, craignez le Seigneur et le roi, et n'ayez point de commerce avec les médians.
22. Car leur ruine viendra tout d'un coup; et qui pourra comprendre la punition que l'un et l'autre en feront?
23. Ce que je vais dire est aussi pour les sages: il n'est pas bon de faire acception de personnes dans le jugement.
24. Ceux qui disent au méchant: Vous êtes justes; seront maudits des peuples, et détestés des nations.
25. Ceux qui le repprenent, en seront loués, et la bénédiction descendra sur eux.
26. Celui qui répond à un homme avec droiture, lui donne un baiser à la bouche.
27. Préparez votre ouvrage au dehors, et remuez votre champ avec grand soin, pour bâtir ensuite votre maison.
28. Ne soyez point un faux témoin contre votre prochain; et que vos lèvres ne séduisent personne, en le caressant.
29. Ne dites point: Je traiterai cet homme-là comme il m'a traité; je rendrai à chacun selon ses œuvres.
30. J'ai passé par le champ du paresseux et par la vigne de l'homme insensé;
31. Et j'ai trouvé que tout y était plein d'orties, que les épines en couvraient toute la surface, et que la muraille de pierre était abattue.

52. Quod cum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam.
53. Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, paucillum manus conseres, ut quiescas:
54. Et veniet tibi quasi cursor egestas, et mendicatas quasi vir armatus.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — NE AMULERIS VIROS MALOS, NEC DESIDERES ESSE CUM ILLIS (1). (Hebr.: *Ne amuleris viros mali.*) QUIA RAPINAS MEDITATUR MENS EORUM, ET FRAUDES LABIA EORUM LOQUENTUR. QUOD SUPERIUS DICERE INSTITUERAT hoc in loco absolvit. Nam paulo superius lectum est: *Ne amuletur cor tuum peccatores*, quod exponendo addit: *ne desideres esse cum illis*. Quos superius peccatores, hoc in loco appellat viros mali, qui malum facere gaudent et student; juxta id quod sequitur: *Quia rapinas meditatur cor eorum*. Qui sapientie studiosus est et virtutis, ab hujusmodi hominibus quam alienissimus esse debet. Ignara et indocta juvenutis putat aliquando fortunatos et felices qui sine labore et usure ad maximas opes perveniunt, per fraudem et rapinam; sed hæc prosperitas non est imitanda neque desideranda. Socius et particeps cum istis non erit filius sapiens, cum cor istorum meditetur rapinam et injuriam facere, contra prescripta legis divinae; mens verò justī medietur obedientiam, c. 15. Inprimis refert quibuscum versetur et assuescat juvenis. Ab omni consortio fortassis malorum coherberi non potest, sed ab his qui nihil aliud crepant quam injurias et rapinas declinare debet, ne captus lucro discas rapinis et injuriis compendia facere, cum videas illorum familias auctas rebus malè partis. Sed finem spectare oportet, nam non rapinā, sed sapientiam augeat res familiaris; juxta id quod sequitur.

VERB. 5, 4. — SAPIENTIA EDIFICABIT DOMOS, ET PRUDENTIA ROBORABIT (vel intelligentiā stabilietur). IN DOCTRINA REPLEBUNTUR CELLARIA UNIVERSA, SUBSTANTIA PRETIOSA ET PULCHERRIMA. Hebr.: *Et per scientiam cubicula replebuntur omnibus divitiis pretiosis et pulchris*. Quamvis de modo spirituali, quam Spiritus sancti inhabitat, hæc plenius intelligenda sint, quam sapientia Dei et intelligentiā divina legis quisque in corde suo construere debet, et pretiosis opibus virtutum secretiora sui cordis implere, possunt tamen et de re domestica, de liberorum procreatione ac educatione, cum elegantū rerum copiā et ornatu, quæ viro sapienti, qui suā conditione contentus esse novit, nun-

(1) *Ne amuleris homines malitie*, id est, sceleribus deditos, quorum omne studium est ut malè agant quorum felicitate visis non pauci perirahuntur ad simile cum ipsis inenudum vite genus. Idem ferè legitur supra 5, 51, 25, 17. Levi Ben Gerson hunc versum connectendum vult cum versu postremo capituli precedentis hoc sensu: Cum tanta incommoda sequantur intemperantes et epulones, eos fuge, iis non inventio. Verum non est opus, quod generatim de pravis omnibus enuntiat ad unam pravitatis speciem restringere. *Neque desideres esse cum iis*, quo non tantum mutua conversatio, verum et studiorum communicatio et imitatio designatur, ut 1 Sam. 14, 24, 16, 18, 21. (Rosenmüller.)

52. Ce qu'ayant vu, je l'ai mis dans mon cœur, et je me suis instruit par cet exemple.
53. Vous dormirez un peu, ne soyez je dit, vous sommeillerez un peu, vous mettrez un peu vos mains l'une dans l'autre pour vous reposer:
54. Et l'indigence viendra se saisir de vous, comme un homme qui marche à grands pas; et la pauvreté s'emparera de vous, comme un homme armé.

COMMENTARIUM.

quàm deerunt, presertim qui justo labore et providā prudentiā suis rebus prospicit; quemadmodum sequitur.

VERB. 5, 6. — VIR SAPIENS FORTIS EST, ET VIR DOCTUS ROBUSTUS ET VALIDUS. (Hebr.: *Vir sapiens in robore, et vir scientia roborat virtutem, sive vires*) QUIA CUM DISPOSITIONE INTER BELLUM, ET ERIT SALUS UBI MULTA CONSILIA. Hebr.: *Quia consiliiis facies bellum tibi, et salus in multitudine consilia eorum*. Non rapinā neque iniquitate, sed sapientiam et viribus erigitur domus et sustinetur familia. His duabus virtutibus, sapientia et robore, familia rectè administratur: ut ex superioribus juxta Hebræos pendat: *In fortitudine (vel per robur) edificabit domum suam vir sapiens, et vir scientia roborabit viros, vel, vir per scientiam suam roborat viros suos; q. d.: Vires absque sapientia non sunt firmæ neque sufficientes, ne in his quidem rebus quæ viribus potissimum administrandæ videntur. Nam consiliiis et cogitationibus facies bellum potius quam viribus. Quæ de re superius disserimus. Et salus ubi consiliorum mult. Sensus est quod in bello potiores partes sunt viribus animæ tribuendæ; hoc est, vires animæ plus valent quam corporis; et salus, hoc est, victoria, magis pendet ex prudente consilio quam ex multitudine militum, ut intelligamus ante multa secula in nostris codicibus definitum quod Sallustius inter sapientes hujus mundi diu deliberatum fuisse testatur. Alier: *Consiliiis facies tibi bellum*, hoc est, consiliiis, non viribus, lites et controversias dissolve. Nam eâ ratione erit utriusque salus. Quod si viribus et violentiâ res agatur, nulla salus corporum neque sanitas animarum esse potest, ubi utriusque cadunt et trucidantur innumerī mortales. Summa est laus sapientie, cujus ubique est maximus usus, tum in pace, tum in bello, in privatis et publicis rebus. In genere dictum videtur, *salus in multitudine consiliorum*; q. d.: Quicquid agredieris viribus tantum corporis, sive in carâ domestica, quam nos intelligimus in edificatione domus et repletione cubiculorum, sive in administratione reipublice, quamvis viribus aliquando fortassis sit agendum, tamen plurimorum sapientum moderatis consiliis omnia melius et augeatur et conservantur, quam armorum strepitu et truculentia. Quod denique de bello dictum est, de quacunque controversiâ cum hoste intelligi potest. *Nobis enim non est collectatio adversus carnes et sanguinem solum, sed adversus principes et potestates*, Ephes. 6, in quo prælio non nostris viribus est agendum, sed Dei sapientia et consiliis que suggerit Spiritus.*

VERB. 7. — EXCELSA STULTO EST SAPIENTIA, IN PORTA NON APERIET OS SUUM. Hebræus sermo pluralis est:

Excelsus sum stulto sapientia. De pluribus quoque sapientis fuit sermo cap. 9, quas vel varios iustitiae gradus, vel varias virtutes et charismata intelligimus; de quibus Isai. 11: *Et requiescit super eum Spiritus Domini; Spiritus sapientiae et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, et quae sequuntur. Stultis hominibus, qui terrena sapiunt, sublimis est admodum sapientia, et veluti in eminentiore loco quam ut possint eò pertingere, ut scriptum est c. 8: Sapientia clamitat in summis excelsisque verticibus. Celsitudo virtutum intelligitur quae veluti ab alto despicit divitias et voluptates; in quibus cum stultus versetur, totus gravis et terrenus gravato videlicet corde crapula et ebrietate (de quibus modò dictum est) et curis huius vitae, Luc. 21, ad sapientiam aspirare non potest. Animalis homo non sapit ea quae sunt Dei, 1 Cor. 4. In portâ non aperiet os suum. Cum sapientia non sit particeps stultus, non potest cum sapientibus conversari. Solent sapientes sedere in portâ civitatis, inter quos stultus cogit tacere. Aliter: In portâ non aperiet os suum, in iudicio videlicet, ad seipsum defendendum. Et refertur superiora: *Consilium bellum facies tibi; q. d.:* Ille stultus non possunt sapienter litigare et adversarios vincere inter iudices et sapientes, qui stulto imponunt silentium et reum esse iudicant. Aliter: *Sapientia sunt excelsus stulto et recondita;* videlicet in sacris libris, ad quorum lectionem et intelligentiam non possunt attingere, nisi sapientes in Christo, qui *adificaverunt domum supra petram*, Matth. 7. Nihil impedit quominus intelligamus aliquos esse usque adeò simplices et obtusos corde, ut non possint prudentiam assequi talem per quam digni habeantur inter consiliarios connumerari, vel rerum gubernacula tractare cum sapientibus. R. Salomon vocem Hebraeam אֲדוּמִים aliter interpretatur, nempe ut accipiat pro lapide pretioso; juxta illud Job. 28: אֲדוּמִים כֶּרֶם וְגַבִּישׁ כֶּרֶם וְגַבִּישׁ כֶּרֶם וְגַבִּישׁ כֶּרֶם; et erit sensus: Stultus putare sapientias rarissimas esse, neque posso comparari, sicut lapides aliquot pretiosi, qui magno constant hie facile inveniantur: idcirco desperantes avertunt animum à sapientia, et ob id nunquam perveniunt ad eum honoris gradum ut in portâ cum sapientibus sedent et de rebus magnis decernant.*

Vers. 8, 9. — Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. (Hebr.: *cogitantem mala facere, dominum malorum cogitationum vocabunt.*) **COGITATIO STULTI PECCATUM EST, ET ABOMINATIO HOMINUM DTRACTOR.** Hebr.: *Mala cogitatio stulti est peccatum, et abominatio est homini derisor.* Quanta sit laus sapienter, sine qua nihil recte geritur, superior ostensum est. Quanta stultitia ignominia, etiam apud homines his versiculis significatur. Primò, ut dictum est, *inter sapientes os aperire non audeat;* sed dum deprehenditur *malum cogitare*, vel potius cogitandum ut *malum inferat* aliis, malum nomen sibi acquirit, et sapientibus, qui *sedent in portâ*, Babel mizimoth vocatur, hoc est, *ductor vel inventor malorum cogitationum;* q. d.: A malefaciendo quam alienissimus esse debet: nam vel *cogitare malum facere*, quamvis secretè, reddidit hominem infamem

apud sapientes, qui possunt etiam, ad instar Dei, vel cordis secreta introspicere. Et sensus erit Sapiente dignus, ostendens stultum ne suas quidem cogitationes celare posse à sapientibus, apud quos malè audit et afficitur ignominia qui *alitis malè facere studet*. Causam reddidit: *Cogitatio stulti peccatum est*, quod sapientibus odiosum est et infame; vel: *Cogitatio stulti ad peccatum ducit;* q. d.: Sunt impotentes stulti, et ne suarum quidem cogitationum domini; sed statim ubi quid cogitaverint palam faciunt, atque ita peccatum illorum innotescit et stultitia. Aliter: *Qui cogitat stultitiam, vel exspirat cogitationem stultitiae, peccatum, supple erit illi, vel ad peccatum perveniet.* Et hinc est quòd non sine causa malè audit apud sapientes. Aliter: *Qui cogitat malum facere, quem solent vocare animam malorum cogitationum, cogitatio illa sola, quae à stultitia procedit, est peccatum.* Prior expositio est melior. Abominatio hominis est derisor, hoc est, in quem omnes homines execrantur. Erat denique sensus utriusque versiculi ut intelligamus duplicem stultitiam: alteram, quae malum facere cogitat et studet, quam sapientes condemnant, quòd stulta cogitatio sit magnum peccatum; alteram, quae deridet aliorum dicta vel facta, et illa est omnibus execrabilis. Aliter: *Cogitatio stultitiae peccatum*, hoc est, ob solam cogitationem damnatur stultus et reus efficitur: cui si accidit derisio, quae facta aliorum honesta damnat et deridet, sit abominabilis hominibus. Aliter: *Cogitatio est peccatum stulto, cum non possit perficere cogitationem suam.*

Vers. 10, 11, 12. — Si desperaveris lapsus in die angustiae, nunquid erit fortitudo tua. (Hebr.: *Si miseris, vel te remissum feceris, in die angustiae, angustia erit fortitudo tua.*) ERGE EOS QUI DICUNTUR AD MORTEM, ET QUI TRAHUNTUR AD INTERITUM, LIBERARE NE CESSES. SI DIXERIS: Vires non suppediant, qui inspector est cordis ipse intelligit; et salvatorem anime tuae nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua. Hebr.: *Eripe eos qui capti sunt ad mortem, et qui declinant ad necem: si cesses, dices enim: Ecce non novimus hunc: nunquid qui dirigit corda ipse intelligit, et qui custodit animam tuam ipse cognoscat, et reddet homini juxta opus suum?* Opera charitatis sub precepto sapientiam continentur. Nam per angustiam quamcumque fratrum necessitatem intelligimus, in qua succurrenda quicumque remissus est et ostendit se viribus destitutum cum non sit, in sua angustia carere viribus. Quod dictum est in genere de quacumque angustia, intelligitur de ea quae est omnium maxima, nempe angustia in morte, dicebdo: *Eripe captos ad mortem. In carcere erant, et venisti ad me*, inquit auctoritas evangelica, Matth. 25. Interpellare pro reis, aut fuis qui per injuriam et calumniam publicè tenentur custodia, non est ejuslibet: magnorum virorum est, et eorum qui auctoritate pollent apud iudicem intercedere, vel captivos resimere, et ad mortem destinatos ab extrema eripere angustia. Hoc ut probi viri et sapientis est, inquam, ita in alieno periculo cessare, alienis non dolere vices, inhumanum est et crudele pluraquam

dici potest. Quod Scriptura innuit dicens: *Ne cesses;* Hebr.: *Si cesses, vel profibueas teipsum, ne hoc facias;* supple tibi erit angustia, in qua remissus erit cum ovem ferat tibi. Alii legunt per interrogationem: *Nam prohibebis te ab ope ferenda in angustia, quando ad interfectionem quis trahitur?* q. d.: Absit. Sed melius pendet haec ultima clausula, ut sit sensus: *Si cohibeas te in angustia aliena; cum dixeris: Sanè non novi hunc, etc.* Aliter: *Si prohibueris à morte innocentes, qui rapti sunt ad mortem, erit etiam qui te eripiat.* Si dixeris: *Sanè non novi eum.* Qui remissi sunt, et necessitati suorum succurrere recusant, multa solent causari; et cum hominibus rationem reddiderint, se putant charitatis legibus satisfecisse, ut, e. g., dicentes: *Non novi hunc hominem;* vel: *Non novi causam illius qui ductus est ad mortem;* et hinc est quòd in angustia illius non sum sollicitus. Hujusmodi fortassis excusatio hominibus utcumque satisfecerit; verum Deus, qui corda et dirigit et novit, sive intelligit, nihil ignorat; ipse qui custodit animam tuam, satis novit animam tuam; q. d.: *Ne dicas: Non novi hunc;* qui ignorat, ignorabit. Deus omnes novit, et tuas vires, et attentius necessitatem et angustiam; et haec notitia tibi satisfacere debet. Tibi non debet esse ignotus qui Deo cognitus est, cuius causa egentibus succurrendam est. Si vis tuam animam et vitam à Deo servari, alios à morte conaberis eripere. Et quamvis haec ratio sis satis oberatus, nempe, cum Deus, qui omnes intelligit, tuam servet vitam; tamen insuper, quò magis amiseris, praemium aliquando dabit, non tibi modo, sed omnibus hominibus: *unicuique reddet juxta opera sua*, ut inquit Paulus, Rom. 14; *stabimus enim omnes ante tribunal Christi.* Et ab angustia et severa Judicia sententiâ eriperis, si nunc operam dederis ab angustia et mortis afflictos defendere. Sed à corporali angustia, ut dicere institueram, miseros eripere non est omnium, sed potentia, opibus ac auctoritate pollentium; verum peccatorum animas, quae ad mortem et mactationem ligatae tenentur et angustias premuntur, eripere omnium est conari, vel admonitione sana, vel exemplo vitam corrigendi, aut precibus ad Deum sedulus, vel denique quacumque alia ratione. In eo loco habebit illud: *Qui convertit fecerit peccatorem ab errore viae suae, servabit animam ejus à morte*, Jac. 5.

Vers. 13, 14. — Comede, fili mi, mel, quoniam bonum est et favum delictissimum gutturi tuo. (Hebr.: *Palato tuo.*) Sic et doctrina sapientiae ANTHELAE, QUAM CEM INVENIERIS, HABERIS IN NOVISSIMO SPM, ET SPES TUA NON PERIET. Hebr.: *Sic scientia sapientiae anime tuae: si inveniis, et erit spes, et expectatio tua non excidetur.* Elegantissima similitudine partim admonet filium suum ut in perdiscenda sapientia sese oblectet, partim corripit eos qui rebus amoenis et corpori jucundis magis capiuntur quam virtutibus, in quibus non solum consolationem habere licet in praesenti, sed spem certam in futuro. Contra, huius vitae voluptates, ut sint quamlibet jucunda, tamen sunt momentaneae. *Comede, fili mi, mel;* q. d.: *Si comedas mel, eo quòd bonum et suave sit, multò magis scientia*

sapientiae dulcis est anima. Vel legendum est: *Sic dices sapientiam, ut asce respondeat verbo comede, et sapientia mellis sive favi; palato denique respondeat anima.* Et hactenus similitudo quadrat. Porro quòd sequitur: *Si inveniis, supple sapientiam*, indicat arduam esse virtutem, et difficile inventu sapientiam; *mel*, hoc est, illecebras huius vitae, inventa faciles et ubique obvias; *sed est finis, vel erit merces et expectatio* quae non excidetur, sapientibus videlicet, hoc est, his qui juventutem in perdiscenda sapientia et investiganda consumunt. *Erit spes, vel merces, longae vitae*, ut exponunt Hebraei, vel *posteritatis et filiorum.* Nos cum Paulo praesentem et futuram in virtute consolationem intelligimus ut scribitur 1 Timoth. 4: *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est, et futurae.* Dulcedo verò mellis et omnium carnalium voluptatum amaritudinem quamdam relinquit; si quòd dulcedinis habent, cito evanescent.

Vers. 15, 16. — Ne insidieris et queras impietatem in domo justi, neque vastes requiem eius. (Hebr.: *Non insidieris, impie, habitaculo justi, neque vastabis accubitionem ejus.*) SEPTIES ESUM CADET JUSTUS, ET RESURGET; IMPII AUTEM CORRUEUNT IN MALUM. Haec quoque ad spem virtutis spectant. Nam cum major sit numerus eorum qui voluptatibus corporis vacant, quam qui invenienda sapientia student, non videntur boni sine periculo vivere inter tot hostes virtutis et iustitiae. Hos iterum consolatur Sapiens, jubens bonam spem habere; sed novo sermonis genere per apostrophen impium alloquitur, admonens ne quid moliat adversus justum, dicens: *O impie, noli insidias ponere contra domum justi;* q. d.: Ea est iustitiae laus et integritas ut nemo possit eam aperto Marte oppugnare: *per fraudem et insidias illius quietem perturbare conatur impius, et illius accubitionem praedari.* Sunt qui per mansionem et accubitionem idem intelligunt; et erit sensus esse quosdam qui cum justo non possint dampnum inferre, nec eum avertere à iustitia, illius familiae insidiantur et cubili, hoc est, vel uxori vel charis pignoriibus. Et sunt qui per accubitionem ovile lat ligant, ut ad bona externa referatur. Juxta sensum mysticum, habitaculum iusti est Ecclesia Christi, contra quam insidias ponere et accubitionem illius vastare non cessat impius ille cum membris suis, infidelibus et hereticis, quos alloquitur Sapiens, non tam quòd spes sit eos velae sapientiae praecipitis obtemporare, quam ut iusto consolationem praebet, dicens: *Nam septies cadet justus.* Numerus septenarius quoniamlibet immensum numerum significat in Scripturis; et cetera, juxta Bodam et nostros ferè omnes, est peccare, saltem levioribus quotidianisque peccatis, sine quibus nec justorum quicumque esse potui in hac vita. Hebraei casum referunt ad pericula et damna quae iustis intendantur in hac vita juxta illud, Ps. 54: *Multa tribulationes justorum; sed ab omnibus liberabit eos Dominus.* Multa patiuntur justus, et crebrò in adversariis huius vitae incidunt; *sed surgunt* statim, vel erepti à Domino, sicut illi eriperunt eos qui ducti et capti sunt ad mortem, ut ad superiora referatur; *sed surgunt,*

hoc est, animo eriguntur adversus omnia mala, acceptaque consolatione resistunt. *Ceterum impii corrumpunt in malum, desperatione absorpti, non surgunt à malo, sed perpetuo dolore se cruciant et torquent.* Prior expositio est melior: sed hæc posterior magis historica.

VERS. 17, 18. — CUM CEDIDERIT INIMICUS TUUS, NE GAUDEAS, ET IN RUINA EIUS NON EXULTET COR TUUM; NE FORTE VIDEAT DOMINUS, ET DISPLECAT EI, ET AUFERAT AB EO IRAM SUAM. Nulli malum pro malo reddentes, inquit Paulus. Quamvis insidias struant impii adversus justum, et injurias inferant, nihilominus tamen benevolentiam erga omnes servare oportet, et malorum potius vices dolere quam velle injurias ulcisci. Et quamvis in ultionem justorum in malum frequenter corrumpunt impii, non est tamen de ruinâ eorum letandum; magis autem dolendum quod fecerint aliquid supplicii dignum. Non letaberis cum ceciderit inimicus tuus. Et quomodo Moyses cecinit, dicendo: *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, cum Pharaò submergeretur in mari Rubro;* et omnes sanctorum voces nihil aliud clamant quam vindictam de hostibus. Sed de ruinâ inimici tui ne lateris; de inimicis Dei et hostibus totius populi, fortassis alia ratio est. Vel inimicorum et persecutorum fortassis penitentiam et conversionem optare debemus quamdiu vivunt, magis quam interitum aut perditionem, Dei optimi maximi imitantes benignitatem, qui non vult mortem peccatorum, sed magis ut convertatur et vivat. Verum ubi jam mortuum et prostratum cernimus, quod sine divino nutu et providentiâ fieri non potest, in gratiarum actionem et laudem prorumpere licet cum gaudio, quoniamquidem juxta Dei voluntatem esse prolata sententiam tandem intelligimus. Et erit sensus: *In casu hostis ne lateris, hoc est, cum adversi aliquid contigerit, ne videaris illi felicitatem hujus mundi invidere, quam Deus omnibus etiam pessimis hominibus aliquando largitur de sua ineffabili bonitate.* In morbo igitur vel adversâ fortunâ inimici tui non letari; sed homo cum sis, nihil hominum à te alienum putans, de beneficiis Dei eorumque collatis per charitatem letari debes, de malis verò alienis ut de tuis dolere, cum tui iudicii nequaquam fuerit statuere quid quisque mereatur. *Si nemo novit an odio vel amore dignus sit ipse, quanto minus quid alii mereantur judicare poterimus?* Quòd si per ruinam inimici peccati lapsum intelligamus, multo minus letandum est: nam qui poteris gaudere in his quæ Deo displicent? Prior expositio est melior. Sequitur: *Ne forte videat Dominus, et malum sit oculis ejus.* Tu cum videas supplicium summi de inimico, gaudes, putas tuâ causâ illum dare poenas, tuas injurias in eo vindicari, quod oculis Domini displicet. Nam de bonis, non de malis alienis gaudere debemus. Hæc tua crudelitas in hominem Deum reddet proptium; et erga eum in quem tu tantam exerces iram Deus erit placatus. Nam ut clemens pater suos ipse castigare solet, sic alienam crudelitatem in suos non fert. Proverbium habet charitatis præceptum insigne, et ferè nihil diversum ab illo evangelico: *Diligite inimicos vestros, et benefacite his qui vos oderunt, Matth. 5.*

VERS. 19, 20. — NE CONTENTAS CUM PESSIMIS; NE EMULERIS IMPIOS, QUONIAM NON HABENT FUTURORUM SPERM MALI, ET LUCERNA IMPIORUM EXTINGUETUR. Alii: *Ne succenseas.* Aben Ezra עַל הַרְשָׁעִים, ne commisceas te, vel socium te præbeas, inter impios, ut factus juxta opera eorum, Psal. 57: *Noli emulari; ubi Hieronymus,* ut hoc in loco, *contendere* vertit. Et illic quidem videtur vel *contendere* vel *irasci* significare, cum statim sequatur, *desine ab ira, et derelinque jurorem;* et ad eundem sensum plurima pars Psalmi tendit. Verum in hoc loco *emulari* in bonam partem, ut superius frequenter capi videtur, ex his quæ sequuntur non erit spes malo. Prohibet igitur Sapiens ne quis impiorum felicitate illectus cupiat cum illis negotium habere, cum illis vivere, illorum imitari mores et studia. Nam incerta et inconstantes est malorum prosperitas, ut scriptum est, Psal. 37: *Adhuc pusillum, et non erit peccator.* — Non erit impio spes, vel merces; Hebr.: *Non erit finis, vel postremum,* hoc est, id quod post opus dari solet, non erit impio; q. d.: Impius in hæc vitâ premium habet, ut in Evangelio, Luc. 16: *Recepisti bona in vitâ tuâ, et Lazarus similiter mala.* — *Lucerna impiorum extinguetur.* Splendidus et clarus ob divitias inter homines habetur malus; sed hæc gloria evanesceat. Aliter: Impiorum liberi quasi lucera illorum intelliguntur, vel potius anima, quæ meritò *extincta* dicitur, cum non fulgeat ut sol, quod de justis scribitur Matth. 13, sed in tenebris conteeceat. Proverbium est contra eos qui præsentem felicitatem futuræ preponunt, et impiorum emulantur vitam, ut eorum prosperitatem momentaneam assequantur.

VERS. 21, 22. — TIME DOMINUM, FILII EI, ET REGEM, ET CUM DETRACTORIBUS NE COMMISCEARIS. (Hebr.: *Cum mutantibus vel iterantibus.*) QUONIAM REPENTE CONSURGET PERDITIO EORUM, ET RUINAM UTRIQUE QUIS NOVIT? Ili quoque duo versiculi cum præcedentibus in sensu conveniunt, videlicet, non esse imitandam malorum vitam, sed præcepta Dei et regum edicta esse servanda; non esse conversandum cum his qui immutant et diversum faciunt. Nam quod nos habemus, cum detractoribus ne commiscearis, Hebraicè est, cum mutantibus, vel iterantibus, ut subaudiatur *iniquitates suas.* Mihi magis aridet, ne miscearis cum his qui quicquam mutant, aut diversum faciunt à præceptis Dei vel regis. Tertiam denique in Commentariis Hebræorum lego interpretationem, nempe, cum mutantibus hunc ordinem, videlicet timoris: *Time Dominum et regem, et magis obediendum Deo quam hominibus, cum his qui timoris ordinem immutant ne te commisceas.* Prior expositio est melior. Totus hic locus à malâ consuetudine et consortio malorum prohibet, quæ res juvenibus et inexpertis malorum potissima causa semper fuit. Salomon cum præceptis, quæ suo proponit filio, ubique vel speciem vel metum, laudem vel dedecus, vel aliquid id genus similitum adjungit. In hoc loco de timore Domini et regis tractans, inobedientie periculum subjicit, quia *repente surget contritio eorum (sive perditio), et ruinam atriusque quis intelliget?* Vel sensus est ut *contritio* intelligatur *Dei et regis,* hoc est: *Surgit contritio quæ*

conteret eos Deus, vel rex, qui mutant præcepta Dei: vel: *Contritio eorum, scilicet, qui non obediunt neque timeant Dominum et regem, surgit super eos subito,* quando nihil minus expectant, juxta illud Pauli, 1 Thess. 5: *Cum dixerint: Pax et securitas, tunc repente super eos superveniet interitus.* Melius referuntur ad Dominum et regem, quem Dominus in terris iudicem constituit, ut illius fungatur munere; et erit *contritio atriusque,* hoc est, contritio quam illi duo, Deus videlicet et rex, inducent super eum qui non timet.

VERS. 23, 24, 25. — HÆC QUOQUE SAPIENTIBUS: CŒNOSCERE PERSONAM IN JUDICIO NON EST BONUM. QUI DICUNT IMPIO: JUSTUS ES, MALEDICENT EIUS POPULI, ET DETESTABUNTUR EOS TRIBUS. QUI ARGUUNT EUM, LAUDABUNTUR, ET SUPER IPSOS VENIET BENEDICTIO. Hebr.: *Sed increpantibus (vel arguentibus) dulcescit, scilicet Deus, et super eos veniet benedictio boni.* ETIAM HÆC SAPIENTIBUS. Duplex est intelligentia, vel quòd ea quæ sequuntur sunt aliorum sapientium dicta; quasi jam finem imposuisset suis Salomon, cum timore Domini claudens sermonem, quemadmodum incepit: *Initium sapientie, timor Domini;* et hæc intelligentia non est absurda. Hebræis tamen magis aridet altera, quæ est hujusmodi, nempe: *Hæc quæ sequuntur sunt verba Salomonis ad sapientes iudices;* vel: *Hæc verba sunt necessaria omnibus sapientibus;* et pendet ex superioribus: *Non emuleris impios. Nihil commercii debes habere cum impio, neque privatim neque publicè. In judicio cuiuscunque personam accipere malum est; quantum magis personam impii? pronuntians eum esse justum maledictus et spreus erit ab omnibus, non ab unâ provinciâ, sed à populis pluribus, ut de Deo et rege, quorum sprevit leges, nihil dicamus.* Aliter: *Qui dicit impio: Justus es, potest ad privatorum adulatores ferri; q. d.: Qui vel tirum laudat impium, et benedicit illi, inquit: Justus es, ei à populis maledicetur, et nationes eum spernent.* Potest etiam intelligi juxta aliam significationem hujus verbi עַל, quod est *perforare;* q. d.: *Si quis accipit personam impii, dicendo: Justus es, perforavit eum populi enibus suis,* hoc est, crimen commisit quod publicè vindicandum est, quia judicium pervertit, in quo totius reipublice salus pendet. Prior expositio est melior, et non alienum videtur in sensu ab eo Isai. 5: *Vae qui dicitis malum bonum, ponentes tenebras lucem;* qui cum multos decipiunt, mirum non est si à multis probris afficiantur: nam eâ ratione fiunt multi mali. Ceterum qui timeant Deum et regem, et secundum aequitatem redarguant malos in judicio, ut ex malis boni fiant, jucundus et pulcher erit talibus Deus, hoc est, talibus erit Deus iudex minime severus, ut puta qui *querunt iudicium, subvertunt oppressis, iudicant pupillo, defendunt viduam,* Isai. 1, et oppressoribus justam poenam infligant; his, inquam, *veniet benedictio bonitatis, sive boni,* hoc est, Dei, qui *solus bonus est per esse bonum,* Marc. 10, vel boni sive bonorum omnium; ut benedictio boni respondeat maledictioni populi.

VERS. 26. — LABIA DEOSCULABITUR QUI RECTA VERBA RESPONDET. Ex superioribus pendet juxta Hebræos qui

totum locum ad iudices referunt, quorum minus in primis est nullius personam accipere in judicio, deinde nullo modo justificare impium, imò redarguere, omnibus denique recta verba respondere, hoc est, sibiipsis consona, ut sermo videatur osculatio labiorum. Nihil enim aptius quadrat quam cum labium tangit labium et velut deosculatur. Aliter: *His qui arguunt impium erit amarus et dulcis Deus, ut dictum est: Tam dulcis, inquam, erit illi qui respondet verba recta, ac si oscularetur labia illius;* quod amoris maximum est argumentum. Potest alioqui in genere dictum intelligi: *Labia osculabitur,* hoc est, charus et amissimus erit omnibus qui verba recta loquitur. Obscuritate quoddam verborum et similitudinis umbrâ facillimas et clarissimas sententias obnubilat Sapiens.

VERS. 27. — PRÆPARA FORIS OPUS TUUM, ET DILIGENTER EXERCE AGRUM TUUM, ET POSTEA EDIFICES DOMUM TUAM. Ordinem in rebus et negotiis omnibus esse servandum docet proverbium, ea prius faciendâ quæ magis sunt necessaria; ut, e. g., magis necessarium est annonam habere necessariam ad alendam familiam, quam splendidas aedes construere. Hæc ut exempli causâ dicta possunt intelligi, ita sunt verissima. In Hebræo non sunt diverse clausulæ: *Præpara foris opus tuum,* et quod sequitur: *Et diligenter exerce agrum tuum;* sed quod foris dixerat, explicat per agrum; et diligenter præpara illud in agro tuo, et deinde *edificabis tibi aedes.* Ubi opes collegieris ex agricultura, et sumptus tibi suppetunt, poteris ædificis novis construendis vacare. Aliter: Opera rusticana suo tempore fieri debent. Est tempus, videlicet seminandi, et tempus metendi, Eccles. 5: *ales verò ædificandi sunt,* et domesticum opus quolibet tempore fieri potest. Juxta analogiam, domum edificare non possumus quâ perpetuò manendum est, priusquam opus foris præparaverimus, hoc est, carnem subjeceris spiritui, et que in agro, hoc est, in mundo sunt, præparando contempseris.

VERS. 28, 29. — NE SIS TESTIS FRUSTRA CONTRA PROXIMUM TUUM, NEC LACTES QUEMQUAM LABIIS TUIS. NE DICAS: QUOMODO FECIT MIHI SIC FACIAM EI, ET REDDAM ENUCLEQUE SECUNDUM OPUS SUUM. Quamvis ad hunc modum vertant omnes interpretes: *Ne sis testis contra proximum tuum,* et sic non erit sensus diversus ab illo præcepto legis quod prohibetur *falsum testimonium dicere,* tamen propter clausulam sequentem: *Nec lactes eam labiis tuis,* magis quadrat sensus contrarius ferè, hoc est: *Non eris testis frustra, vel falsus testis, pro amico tuo, q. d.: In causâ ne amici quidem eris testis falsus.* — *Nunquid persuadebis illi (vel potius, num persuasisti illi) labiis?* id est: *Blandis verbis obtinisti ab eo ut esset falsus testis in causâ tuâ, et vicem reddere vis, dicendo: Quemadmodum feci mihi, facium illi;* secundum opus illius respondebo unicuique. Chaldaus, qui sic reddit secundam partem primi versiculi: *Et ne errare facias eum labiis tuis in quocunque mendacio, falsum testem intelligit; ut ille dicatur falsus testis qui proximum ducit in errorem.* Sed huc sensui non tam quadrat sequens versiculus. Cura et

verbum **וַיִּפְתֵּי** non pro persuadere aut lactare accipiunt, sed in alio sensu, nempe *confringendi*, ut sit sensus: *Ne sis testis falsus contra amicum tuum, et ne confringas (sive conteras) eum verbis tuis, putans te hoc licite posse facere quoadquidem ipse tali injuriâ te afficit. Reddam illi iuxta opera sua. Ista non sunt sapientium verba.* Prior expositio est melior, et proverbiali obscuritate magis digna, ut intelligamus non licere cuiquam opem ferre modis illicitis, neque falso testimonio proximis aut amicis defendere, neque denique huiusmodi defensionem ab illis exigere. Usurpari potest proverbium in eos qui mutuo sese malis doctrinis et opinionibus inbuunt et corrumpunt.

VERS. 50, 51, 52. — *PER AGRUM HOMINIS PIGRI TRANSIVI, ET PER VINEM VIRI STULTI. ET ECCE TOTUM IMPLERANT URTIÇE, ET OPERUERANT SUPERFICIEM EJUS SPINÆ, ET MACERIA LAPIDUM DESTRUCTA ERAT. QUOD CUM VIDISSEM, POSUI IN CORDE MEO, ET EXEMPLE DIDICI DISCIPLINAM.* Hebr.: *Vidi ergo apposuisse cor meum; vidi, accepi disciplinam.* Inter ea quæ modò dicta sunt de officio iudicis et testium insertus est unus versiculus de colenda agris et de opere foris parando antiquam domum edificans; ad quem, ni fallor, referendi sunt aliquot versus quibus sequitè et otium daturatur. Et prius ordinem in negotiis et tempus opportunum observandum docuit, ut quæ maximè sint necessaria priùs curentur. Ceterùm hoc in loco docet prosequendum opus et absolvendum quod rectè inceptum est. Quod de agro et vineâ dicitur, ad quodcumque negotium referri potest; ut nihil profuerit agrus colere, arare et seminare, vineas plantare, nisi cetera quoque quæ spectant ad agriculturam pericias; spinæ et ur-

CAPUT XXV.

1. Hæ quoque parabole Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechie regis Juda.
2. Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.
3. Cælum sursum, et terra deorsum, et cor regum inersustabile.
4. Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum.
5. Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitiâ thronus ejus.
6. Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.
7. Melius est enim ut dicatur tibi: *Asconde huc, quam ut humiliaris coram principe.*
8. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicum tuum.
9. Causam tuam tracta cum amico tuo, et secretum extraneo non reveles.
10. Ne forte insultet tibi, cum audierit, et exprobrare non cesset.
11. Gratia et amicitia liberant; quas tibi serva, ne improbabilis sis.
12. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquuntur verbum in tempore suo.

tica, nisi extirpentur, triticum suffocant, nisi macerie aut sepe munias vineam, conculcatur. Ita in agro Dominico, in quo messis multa, operarii pauci, Luc. 10, et in vineâ Domini, in quam summo mane horâ tertiâ, sextâ, nonâ et undecimâ, mitti operarios patet familiis, Matth. 20, nihil profuerit benè docere, bona seminasse semina, et vineas plantasse plurimas, at postea per socordiam vitiorum articas et spinas cupiditatum omnia undique occupare permittere. Alioqui simplex sive nuda intelligentia horum trium versuum erit, sapientes undique occasionem arripere, et ex alienâ stultitiâ sapientiam discere, cum non obiter, sed accuratè singula perpendant, id quod innuitur his verbis: *Contemplatus sum, apposui cor meum, vidi, accepi disciplinam, eam videlicet quæ sequitur.*

VERS. 53, 54. — *PARUM DORMIES, MODICUM DOMITABIS, PAUXILLUM MANUS CONSERES UT QUIESCAS. ET VENIET TIBI QUASI CURSOR EGESTAS, ET MENDICIAS QUASI VIR ARMATUS.* (Hebr.: *Parum somniorum, parum dormitationum, parva complexio manuum ad cubandum.*) *Et veniet quasi viator paupertas tua, et defectus tui velut vir olympæ.* Hæc est disciplina quam accepit Sapiens ex conspectis agris et vineis pigri, nempe, paupertatem ex otio fore provenire et crescere paulatim, sed tandem invalescere usque adeo ut expelli non possit ex aedibus. Ex sexto capite huc translatis sunt hi duo versiculi, quorum duplicem expositionem ibidem invenies. Quod ad hunc locum spectat, somnolentis excitat agricolas et vinitoros, et quibus suum filium exemplum disciplina vult accipere, partim ne à sapientibus viris stultitiæ notetur, partim ne dum otium sectatur et somnum, ad egestatem perveniat.

CHAPITRE XXV.

1. Les paraboles suivantes sont aussi de Salomon; elles ont été recueillies par les serviteurs d'Ezechias, roi de Juda.
2. La gloire de Dieu est de cacher sa parole; et la gloire des rois est de l'étudier.
3. Le ciel dans sa hauteur, la terre dans sa profondeur, et le cœur des rois sont des choses impénétrables.
4. Otez la rouille de l'argent, et il s'en formera un vase très-pur.
5. Otez de même l'impieeté de devant le roi, et son trône s'affermira par la justice.
6. Ne vous élevez point en honneur devant le roi, et ne vous tenez point parmi les grands;
7. Car il vaut mieux qu'on vous dise: *Montez ici, que d'être humilié devant le prince.*
8. Ne découvrez pas sitôt, dans une querelle, ce que vous avez vu de vos propres yeux, de peur qu'à près avoir ôté l'honneur à votre ami, vous ne puissiez plus le réparer.
9. Traitez de votre affaire avec votre ami, et ne découvrez point votre secret à un étranger;
10. De peur que l'ayant appris, il ne vous insulte, et qu'il ne vous le reproche sans cesse.
- (1) La grâce et l'amitié délivrent; conservez-les avec soin, de peur que vous ne tomiez dans le mépris.
11. La parole dite en son temps est comme des pommes d'or sur un lit d'argent.

(1) Ce verset n'est pas dans Théren, mais dans les Septante.

12. Inauris aurea, et margaritum fulgens, qui arguit sapientem, et aurem obedientem.
13. Sicut frigus nivis in die messis. Ita legatus fidelis et qui misit eum; animam ipsius requiescere facit.
14. Nubes, et ventus, et pluvia non sequentes vir gloriosus, et promissa non complectus.
15. Patientiâ lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiam.
16. Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.
17. Subtrahæ pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.
18. Jaculam, et gladius, et sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.
19. Dens putridus, et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustie.
20. Et amittit pallium in die frigris.
- Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.
- Sicut linea vestimento, et vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi.
21. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, da ei aquam bibere;
22. Prunas enim congregabis super caput ejus, et Dominus reddet tibi.
23. Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem.
24. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, et in domo communi.
25. Aqua frigida animæ sitiienti, et numus bonus de terrâ longinquâ.
26. Fons turbatus pede, et vena corrupta, justus cadens coram impio.
27. Sicut qui mel nuttum comedit, non est ei bonum; sic qui scrutator est, majestatis, opprimetur à gloria.
28. Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *HÆ QUOQUE PARABOLÆ SALOMONIS, QUAS TRANSTULERUNT VIRI EZECHIE REGIS JUDA. Transferre hoc in loco non intelligimus de lingua in linguam, sed potius de loco in locum, et de membranis in librum; q. d., undique collegerant.* Sic Levi Ben Gerson. Chaldeus Paraphrastes scripserunt habet pro transtulerunt. Hunc versiculum adiecit scriba, quem fuisse Sobnam putat Aben Ezra: *Viri (vel amici) Ezechie transtulerunt, hoc est, præceperunt transferre has Parabolas de libris suis, vel de libris Ezechie, ut unum esset volumen ex omnibus Parabolis.* Nam priores invente sunt eo ordine quo nunc sunt tunc temporis conscripserunt; ceterùm quæ sequuntur sunt in hunc locum translata per sapientes viros qui fuerunt in tempore Ezechie regis Jude. Sunt ex Hebraicis qui hujus versi-

12. La réprimande faite au sage et à l'oreille obéissante, est comme un pendant d'oreille d'or, avec une perle brillante.
13. L'ambassadeur fidèle est à celui qui l'a envoyé, ce qu'est la fraîcheur de la neige pendant la moisson; il donne le repos à l'âme de son maître.
14. Celui qui se vante et qui ne tient point ses promesses, est comme le vent et les nuées qui ne sont point suivis de la pluie.
15. Le prince se laisse fléchir par la patience; et la langue douce rompt ce qu'il y a de plus dur.
16. Avez-vous trouvé du miel? mangez-en ce qui vous suffit, de peur qu'en ayant pris avec excès, vous ne le rejetiez.
17. Rendez rare votre pied dans la maison de votre prochain, de crainte qu'étant dégouté de vous il ne vous haïsse.
18. Celui qui porte un faux témoignage contre son prochain, est un dard, une épée et une flèche percante.
19. Espérer en un ami infidèle au jour de l'affliction, c'est faire fond sur une dent pourrie et sur un pied lassé.
20. Et c'est se trouver sans manteau dans le plus grand froid.
- Les cantiques que l'on chante devant celui dont le cœur est corrompu sont comme le vinaigre qu'on met dans le nitre;
- (1) Comme le ver mange le vêtement, et la pourriture le bois, ainsi la tristesse de l'homme lui rongé le cœur.
21. Si votre ennemi a faim, donnez-lui à manger; s'il a soif, donnez-lui de l'eau à boire.
22. Car vous amasserez ainsi sur sa tête des charbons de feu; et le Seigneur vous le rendra.
23. Le vent d'aquilon dissipe la pluie; et le visage triste, la langue méditante.
24. Il vaut mieux se retirer en un coin sur le haut de la maison, que de demeurer avec une femme querelleuse dans une maison commune.
25. Une bonne nouvelle qui vient d'un pays éloigné, est comme de l'eau fraîche pour celui qui a soif.
26. Le juste qui tombe devant le méchant, est une fontaine qu'on a troublée avec le pied, et une source qu'on a corrompue.
27. Le miel n'est pas bon à celui qui en mange beaucoup; et celui qui veut sonder la majesté sera accablé de sa gloire.
28. Celui qui, en parlant, ne peut retenir son esprit, est comme une ville tout ouverte, qui n'est point environnée de murailles.

(1) Ce verset n'est point dans l'hébreu, mais dans les Septante.